Z a
4382

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-73178-p0001-1

an 3 166.
Za 4385

# LAUS PERENNANS

*P. M.*

MATRONÆ

*Omnium Virtutum Præclariſſimarum radiis conſpicuæ,*

# ANNÆ BULÆÆ,

*ex*

Inclyta Crammiorum proſapia oriundæ,

VIRI

*Maximè Reverendi, Magnifici & Excellentiſſimi*

## DN. CHRISTOPHORI BULÆI,

SS. Theol. Doct. Celeberrimi,

Sereniſſ. Sax. Elect. Conſiliarii Eccleſiaſtici graviſſimi, Eccleſiæ Dreſdenſis & vicinarum Superintendentis meritiſſimi, Scholarchæ honoratiſſimi,

Uxoris heu! deſideratiſſimæ

nuncupata,

& ipſo ſepulturæ die

VIII. Kalen. Qvint. M DC LXIX.

*In famæ fano ſuſpenſa*

*à*

COLLEGIO SCHOLASTICO.

*DRESDÆ,*

Typis Melchioris Bergen, Elect. Sax. Typogr. Viduæ & Hæredum.

4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-73178-p0002-6

# LAUS PERENNANS
P. M.
MATRONÆ
*Omnium Virtutum præclariſſimarum*
*radiis coruſcæ,*
# ANNÆ BULÆÆ,
*ex*
Inclytâ Grammicorum proſapia oriundæ,
VIRI
*Maximè Reverendi, Magnifici & Excellentiſſimi*
# Dn. CHRISTOPHORI BULÆI,
SS. Theol. Doct. Celeberrimi,
Sereniſſ. Sax. Elect. Conſiliarii Eccleſiaſtici graviſſimi, Ec-
cleſiæ Dreſdenſis & vicinarum Superintendentis me-
ritiſſimi, Scholæque honora-
tiſſimi,
Uxoris heu! deſideratiſſimæ
memoriæ
& ipſo ſepulturæ die
VIII. Kalen. *Quinc.* M DC LXIX.
*In [illegible]*
à
COLLEGIO SCHOLASTICO.

---

DRESDÆ,
Typis Melchioris Bergen, Elect. Sax. Typogr.
Viduæ & Hæredum.

ET tua *chara Charis* BULÆE, *Patrone, Marita.*
Ætatis mediæ rapta vigore cadit!
Qvam genus, & probitas, qvam virtus, gratia morum,
Entheat, eximiâ cum pietate, fides.
Qvæ tua vita, oculus, ſolamen, & una voluptas,
Delicium, cordis dimidium ANNA, tui.
Contriſtor tecúm, doleoq; ex pectore: cana
Erga Te pietas, fidus amorq; jubent.
Defunctam pia complorat *Schola*, format & omnis
In qverulas ſeſe triſtius exſeqvias.
Obnubit frontem promiſsâ ſindone, tecum
Et dolet, humectat imbre rigante genas.
Scilicet officium jubet, obſervantia poſcit.
Cum gaudente feras gaudia, flente fleas.
Sed Domino placuit, Domino vitæq;, necisq;
*Qvod vult, ipſe velis, qvod facit, omne bonum eſt.*
Qvod facere infectum neqveo, culpavero fruſtrâ,
*Res benè qvi duras ferre ſcit, ille ſapit.*
Qvippe hæc eſt omnis carnis via: nil ſtabile orbi.
Corruit in cineres, qvod fuit ante cinis.
*Cede DEO*, qvi noſtra ſuis moderatur habenis,
Et bona pro placito, dat, repetitq; ſuo.

Hic

Hic te ſoletur. Solamina vivida ſanctus
Spiritus inſpiret, ſervet & incolumem!
*Cede DEO*, modò vos hîc qvi ſejunxit, is idem
Vos junget, ſonitum qvum tuba ab axe dabit.
Delitias oculi ſic dextera Numinis aufert,
Reddat ut in cœlis delitias oculi.
Sed tu *ſancta Charis* ſalve, ANNA beata, beatè
In Chriſtoq; vale, qvi tua vita, ſalus.
*Sancta Charis ſalve!* Titulo hoc tua buſta triumphent:
*Virtutis gemma hîc, Euſebiesq; jacet!*

*Debitæ obſervantiæ & condolentiæ teſtandæ ſcrib.*

M. JOH. BOHEMUS,
Rector.

---

*MAtrona ſancta, rariore de cenſu,*
*Qvæ luculentus ordinis tui ſplendor,*
*Mens excitata, dedicata virtuti,*
*Speculumq; morum, candidiq; ſpectatum*
*Amoris inſtar, prolis æmulæ cuſtos*
*Et educatrix fida, calce non calcans*
*Tanaqvil marita jura, non gravans collum*
*Tot inſulis, ſaltu caput, manus auro.*
*Non impudica, faſtuoſa nec vana,*
*Qvæ molliores conderes ſinu palmas*
*Alto, Deo gaviſa ſemper & freta,*
*Et incitatrix verum ad illius cultum,*

Ipſum

*Ipſum atrium pacis, modeſtiæ fanum.*
*Qvalis Rachel, Rebecca, Sara cum Rutha,*
*Maria, Debora, Anna, Channa, Juditha,*
*Nobis fuiſti. Cœlitum modò aſt turmis*
*Nexu ſolutis intricante, Bulæa,*
*Æternitate perfruentibus fixâ*
*Commiſta, noſtrum regiè fatigatum*
*Orbem, ruinas, ægritudines, curas,*
*Immane pondus, deſpicatui ducis.*
*Qvæ ſortis amplitudo gratulatorem*
*Me ſingulari funeris tui luctu*
*Reddit ſubactum, largiterq; convulſum.*

*ANNÆ PERENNÆ*
*Matronæ deſideratiſſimæ*
*P.*
M. Joh. Auguſtinus Egenolphus,
Con-R.

---

*ANtiſtes pie, fles meritò, chariſſima Conjux*
*Dum Tua Te viduum linqvit in orbe ſoli:*
*Ipſa tibi pietas fuit, ipſa modeſtia, candor,*
*Manſvetudo fuit, ſedulitasq; fuit.*
*At nunc hæc rapuit ſævi inclementia mortis,*
*Morte Marita jacet, munera morte cadunt.*
*Et qvia lex mortis non evitabilis ulli eſt,*
*Qvis potuit fati jura inhibere ſui?*
*Vir venerande ergò fas eſt lugere peremtam,*
*Sed tamen ut finem in luctibus eſſe ſinas.*

*Pectore*

*Pectore & ore tibi vaveo, ſolamen ut addant*
*Et Pater, & Natus- Spiritus atq́; Sacer,*
*Et precor incolumis vivas ut Nectoris annos,*
*Palladio noſtro ſisq́; Scholarcha favens.*

*Debitæ obſervantiæ & condolentiæ ergò ſcrib.*

Iſaacus Starck/ Scholæ Collega III.

---

B*Ulæo ſua fulcra Seni, ſolamina curis,*
*Dimidium cordis deliciæq́;* ruunt.
*Exempli Matrona boni, pia fœmina, conjux*
*Caſta toro, prolis ſedula cura ſuæ.*
Mortua vivat in æternum! tua tempora canis
Obſita cœlicolûm candida turma teget!
*Bulæo* non fulcra *Seni*, ſolamina curis,
Dimidium cordis deliciæq́; ruunt.
Vivat *Natarum pia triga*, Deiq́; repoſta
Curis, ſit *Patris* ſedula cura *ſenis*!

Jacob Beutel/ Cant.

---

E*T tua nunc iterùm pullò Domus optuma peplò*
*Induitur, rapitur dum pia* Coſta *tibi.*
*Jacturam meritò lugens queritaris ob iſtam,*
*Obnubit canum cura, PATRONE, caput,*
*Usq́; adeò nulli Mors horrida parcere diſcit,*
*Nec prece nec pretio conciliandа venit.*

*Extinxit*

*Extinxit* Gnatum, *triſti qvoq; funere* Gnatam,
*Nec ſatis hoc*, Sociam *jam necat illa* tori.
*Haud tamen interimit penitùs, qvos ſangvine CHRISTUS*
*Mundavit propriô, victima facta DEO.*
*Scilicet haut obitus Mors hæc, ſed tranſitus eſſe*
*Dicitur, ad vitam devehit iſtud iter.*
*Ergò beata tenet* Defuncta *palatia cœli,*
*Et ſanctos inter concinit ore DEUM,*
*Tormina nunc ceſſant, crucii ceſſantq; labores*
*Et dolor omnis abeſt;* Mens *ovat ante DEUM.*
*Nosq; ſecuturos, qvùm venerit hora, moratur:*
*Qvò, Tibi qvùm viſum eſt, nos, pie CHRISTE, vocas!*

Andreas Kraut/ P. L. C.
Lyc. Dreſd. Coll. V.

---

DIra tuo inflixit, DEUS eſt, qvi vulnera cordi,
*Conſortem* thalami dum rapit ante diem.
Qviq; tuis poterit, DEUS eſt, afferre medelam
Vulneribus, curis corq; levare tuum.
Ipſe DEUS ferat almus opem, canamq; ſenectam
Fulciat, & nobis Te ſupereſſe duit.
Te ſupereſſe diu nobis, BULÆE, Tuisq;
Det DEUS, & nervis robora firma tuis.
Molliter in tumulo defuncta *Marita* qvieſcat,
Jubilet æternùm Mens ſuper arce poli.

Simon Vetter/Sch. Dreſd.
Collega VI,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-73178-p0008-9

Vita hæc millenis eſt undiq; plena periclis,
Hîc bona rara vides, pauſa nec ulla mali eſt,
Nec ſtabile eſt qvidqvam, turbantur gaudia luctu,
Corrodit vires parvula qvæq; lues.
Vivere qvis cupiat mundo? qvia vivere mundo
Tàm vario rerum turbine, penè mori eſt:
Ter felix igitur, citò cui contingit obire,
Maturè ut ſubeat regna beata poli.
Hæc Tua regna adiit, BULÆE verende, MARITA,
Gaudet & adſpectu colloqviôq; DEI.
Siſte igitur lacrumas, venerande PATRONE, dolorem
Leniat ipſa DEI gratia blanda tuum.
Tempus erit, jungeris Ei qvô rurſus in axe,
Cœlica qvô ſerô gaudia fine carent.

Adamus VValtherus,
Alumn. h. t. Regens.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-73178-p0010-0

lt.

tor

# LAUS PE

P

MAT

*Omnium Virtuti*

*radi*

# ANNÆ

Inclyta Crammio

V

*Maximè Reverendi ,*

DN. CHRISTO

SS. Theol. D

Sereniſſ. Sax. Elect. Conſil c-

cleſiæ Dreſdenſis & vic

ritiſſimi, Sc

t

Uxoris heu

n

& ipſo

VIII. Kalen. C

*In fam*

COLLEGIO

*D*

Typis Melchioris

Vidu

166.
4385
4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-73178-p0011-6